BIBLIA. ISIDORUS HISPALENSIS. EUCHERIUS LUGDUNENSIS
Admont, 12. Jh. Seite 20r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



et ubi fures effodiunt et furant. Thesaurizate autem uobis
thesauros in celo. ubi nec erugo neque tinea demolitur et ubi
fures non effodiunt nec furant. Vbi enim est thesaurus tuus ibi
est et cor tuum. Lucerna corpis est oculus tuus. Si fuerit oculus
tuus simplex. totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus
tuus nequam fuerit totum corpus tuum tenebrosum erit. Si
ergo lumen quod in te est tenebre sunt. ipse tenebre quante
erunt. Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim unum Initt. r.
odio habebit. et alterum diliget. aut unum sustinebit d. d. n. d. s.
et alterum contemnet. Non potestis deo seruire et mam
mone. Ideo dico uobis. ne sollicitis sitis anime uestre quid
manducetis. neque corpori uestro quid induamini. Nonne
anima plus est esca. et corpus plus uestimentum. Respicite
uolatilia celi. quoniam non seruunt neque metunt neque congre
gant in horrea. et pater uester celestis pascit illa. Nonne
uos magis pluresestis illis. Qs autem uestrum cogitans
potest adicere ad staturam suam cubitum unum. Et de
uestimento quid sollicitis estis. Considerate lilia agri quo
modo crescunt non laborant neque nent. Dico autem uobis. quoniam
nec salemon in omni gloria sua cooperatus est sicut unum ex istis.
Si autem fenum agri quod hodie est et cras in clibanum mittitur
deus sic uestit. quanto magis uos minime fidei. Nolite ergo
sollicite esse dicentes. Quid manducabimus. aut quid bibemus.
aut quo opiemur. Hec enim omnia gentes inquirunt. Scit
pater uester quia his omnibus indigetis. Querite ergo primum
regnum dei et iusticiam eius. et hec omnia adicient uobis. Noli
te ergo sollicite esse in crastinum. Crastinus enim dies sol
licite erit sibi ipsi. sufficit diei malicia sua. VI.
Nolite iudicare. ut non iudicemini. In quo enim iudicio
iudicauitis iudicabimini. Et in qua mensura mensi
fueritis. metietur uobis. Quid autem uides festucam in
oculo fratris tui. et trabem in oculo tuo non uides. aut quomodo
dicis fratri tuo. sine eiciam festucam de oculo tuo. et ecce
trabes est in oculo tuo. Ypocrita. Eice primum trabem